Quelle:
Copyright:

Cod. LXI.

Chartac. 4. min. Sec. 15. A. 5. 2.

S. Boëtii Libb. V. de Consolatione Philosophiae.

3a – 173a

1.

S.d Boëtii Libri V. de Consolatione Philosophiae, cum excerptis ex Comentario, qui perperam S. Thomae de Aquin. tribuitur. Quo folio primo de Boëtii fatis, scriptis ch. leguntur ex eodem Comentario desumpta sunt. Titulus operis est: „Anicii Manlii Torquati Severini Boëtii ordinarii „patricii viri exconsulis de consolatione philosophie „liber primus incipit Metrum primum heroicum „elegiacum." Initium: "Carmina qui quondam „studio florente peregi". Finis: "quom ante „oculos agitis iudicis cuncta cernentis." "Gloria „deo sempiterno. – Contuli codicem nostrum cum edit. Norimb. per Joan. Koburger, 1473. eique consonam inveni.

Anicius Manlius Torquatus Severinus Boëthius, Author Christianus, vir ingenio et dignitate clarus, variarum Scriptor lucubrationum: jussu Theodorici Regis Gothorum, cujus tyrannidi suffragari noletat, carceri mancipatus et interemptus est A. Ch. 524. Plura de illo Fabr. Bibl. lat. l. 3. c. 15. p. 146. Authorem Comentarii non esse S. Thomam Aq. satis inter Eruditos constat; quis autem sit, non ita liquet. vid. cave. p. 728. Oudin. T. 3. p. 380.